

Universitätsbibliothek Paderborn

Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm Basileensivm Origo Ac Series

Sudan, Claudius Brvntrvti, 1658

19. Guilielmus I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

Episcoporum series.

125

GVILIELMVS I.

Anno Christi 917.

Basileensis Episcopus. XIX.

HIc Rudolphum II. Burgundiæ Regem, & Burcardum Sueviæ Ducem prælio congressos apud Vitodurum, nunc VVinterthur, reconciliavit, & paceinità Bertham filiam Burcardi Rudolpho matrimoniò copulavit. Ita scribit Alphonsus Delbene lib. 1. de regno Burgundiæ Guillimannus, alij. Atque hæc il. la est Bertha, quam teste VVilhelmo Gothardo, plurimi beatam ac san-Etam Reginam nominant nobilifimo Sueviæ Ducum sanguine progenita, quæ plura deinde Regiæ munificentiæ ac liberalitatis passim erexit monumenta, cum laude tantæ virtutis perennatura. Fundavit, ut minora præteream, Collegiatam duo126 Basileensium

duodecim Canonicorum Ecclesi-Christi am, in valle Ergue, sive, sancti Himerij: cùm inaudisset, quæ ad sancti huius invocationem prodigia patrarentur, ut jam suprà meminimus. Visendum illud ædificium, Divi Vrsi Martyris cultu frequentatum, in acceptis Berthæ refertur, quæ pientissima Regina, instinctu divino reperta aliquot Martyrum Thebæorum corpora altari eiusdem Martyris intulit; atque adeo Solodorum, oppidum tunc, aut castrum non ita ce-Îebre, cum omni jure, Canonicorum Collegio devinxit. Paterniaci etiam nobilissimum juxtà ac opulentissimum Patribus Benedictinis monasterium erexit; in quo regium sibi suisque posteris Mausolæum sta. ret, subiiciens eidem monasterio, Guillimanno teste, ipsum oppidum Paterniacum, prono ad hanc pietatem usa filiorum consensu Conradi Regis,

Episcoporum series. Regis, & Burcardi Lausannensis E- Anno piscopi, quem aliqui perperam, Ve- Christi sontinensem Archiepiscopuni nominant. In sancto adeo cum sua Bertha coniugio, Rudolphus II. Burgundiæ Rex, Italiæ regnum pacificè, laudabilitérque gessit: donce tandem gentis illius mores & inconstantiam pertæsus, Guidoni Comiti ultrò cessit omni Italià, pactusque cum illo, pro Italia Comitatum Arelatensem retinuit, & quod reliquum fuit vitæ, transegit in sua Burgundia, non sine opinione ingenti sanctitatis, quam ei tribuunt illius ævi scriptores. Ex hisce, regiæ sanctitatis genitoribus, nasci vix alia potuit, qu'am peræque sancta proles illa, Adelheidis, quæ Lothario postea Guidonis Italiæ Regis filio, tum Othoni I. Imperatori nupta, Othonis secundi mater, & Othonis tertij avia fuit, ac, dum viveret, co morum. deli-

ti

G

28 Basileensium

Anno delibato flore excelluit, ut illi post. modum ab Ecclesia supremi honores decreti fuerint; uti testantur Einsidlensium annales, qui etiam jam olim Canonicum officium de ipsa conscriptum referunt, & cum Othone Magno marito præcipuis illius Cœnobij fundatoribus annumerant. Berthæ denique Reginæ neptis erat ex Conrado Rege filio & Mathilde Galliæ Regis filia, Gisila prudens cognominata, quæ in ma trimonium collocata Ernesto Sue. via Duci, Ernestum secundum & Hermannum Sueviæ etiam Duces peperit. Secundis verò nuptiis juncta Conrado Saliquo Imper. Henri. cum Tertium quem Nigrum passim nuncupant, Imperio dedit.



VVL